



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Consecrat. virginu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

154 C O N S E C R A T I O.

D Conscientia dubia potest deponi, quoad vnum effectum, & non quoad alium. Atque tunc iudicio prudentis perpendendæ sunt rationes dubitandi. Si enim sunt graues, neutrum credere aut facere debet. Si vero leues, quoad utrumque potest deponi. Si autem mediocres, potest quoad vnum deponi, & non quoad alium, consideratis considerandis. cap. 22. num. 55.

Consciētia quid agat in animo, & quomodo sit vera vel falsa. vide in tit. Scrupulus. C.

C O N S E C R A T I O

Virginum.

M Onialis, quæ cùm esset sacerdotalis, vel
ante professionem, occultè fornicata
est, peccat, si absque dispensatione, aut alia
honesta cautela suscipit consecrationis ve-
lum. Idem de ea quæ voluntarie se se polluit.
c. 16. num. 3. §. An Sanctimonialis.

C O N S E N S V S.

C Onsensus interpretatius de actu pro-
hibito est malus. Ad quem ut sit mortaliter
malus quatuor requiriuntur. I. Quod sit
de obiecto mortaliter malo. II. Quod ho-
mo plenè aduertat se delectari. III. Quod
non